



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XVIII Quid inter se differant, duo erunt ordines elector[um] in iudicio, &  
duo reproborum, & quid vnicuiq[ue] opponatur ordini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## HAY. DE VARIET. LIB.

**Mat. 22.** qui reliquistis omnia & secuti estis me, in generatione hominis cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Alius ordo iudicaturus a domino, quod non quidem omnia sua pariter reliquerunt, sed de his tantum quae habebant quotidianas dare elemosynas pauperibus Christi curabant, unde audituri sunt in iudicio. Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Sitiui & potastis me. Nudus eram & vestistis me &c. Sed & reproborum in iudicio duo ordines futuros domino narrate cooperimus. Vnum eorum, qui fidei christianae mysterijs initiati, opera fidei exercere contemnunt, quibus dicendum in iudicio testatur. Discedite a me maledicti in ignem aeternum quod paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare &c. Alterum eorum, qui fidei mysteria Christianae vel nunquam susceperunt, vel suscepta per apostasiam reiecerunt, de quibus dicit: Qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filij dei. Qui cum nec verbo tenus Christum colere voluerunt, nec verba factum eius quibus coarguantur in iudicio merentur audire. Sed ad hoc tantum veniant in iudicium ut cum eis, qui iudicantur peccatoribus in damnationem mittant aeternam.

**Mat. 25.** Quid inter se differant duo electorum ordines in iudicio, et duo reproborum, et quid unicuique opponatur ordini. Cap. XVIII.

**Mat. 25.** Quae sunt differentiae vel ordines hominum in iudicio, hoc est, electorum & reproborum, qui tantum dividuntur in quatuor. Perfectorum ordo unum

**Ioan. 3.** bus dicit: Qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filij dei. Qui cum nec verbo tenus Christum colere voluerunt, nec verba factum eius quibus coarguantur in iudicio merentur audire. Sed ad hoc tantum veniant in iudicium ut cum eis, qui iudicantur peccatoribus in damnationem mittant aeternam.

Quid inter se differant duo electorum ordines in iudicio, et duo reproborum, et quid unicuique opponatur ordini. Cap. XVIII.  
**D**uae sunt differentiae vel ordines hominum in iudicio, hoc est, electorum & reproborum, qui tantum dividuntur in quatuor. Perfectorum ordo unum

## LIBER TERTIVS.

est, qui cū deo iudicat, & alius q̄ iudicatur. Vtriq̄ tñ cum Christo regnabunt. Similiter ordo reprobora partitur in duob⁹, dum hi qui intra ecclesiā sunt mali iudicandi sunt & dānandi. Qui vero extra ecclesiā inueniendi sunt, non sunt iudicādi, sed tñ damnādi. Prim⁹ igit ordo eorū, qui iudicātur & periunt, opponitur illi ordini bonorū de quo sunt qui iudicātur & regnant. Secundus ordo eorū qui non iudicantur & pereunt, opponitur illi ordini p̄fectorū, in quo sunt hi q̄ non iudicātur & regnāt. Tertius ordo eorū qui iudicātur & regnāt, illi ordini est contrarius, de quo sunt qui iudicātur & pereunt. Quartus ordo eorū est qui non iudicātur & regnāt, opponitur illi e contrario quo illi sunt, qui non iudicantur & pereunt.

De pctō quod aut hic expiatur, aut in futuro reservatur iudicio. Cap. XIX.

**N**eq̄ em̄ frustra ille pprie dicit, dies iudicij qñ v̄turus est iudex viuorū & mortuorū. Sicut e contrario iudicantur hic aliqua, & tñ si remittuntur, p̄fecto in futuro seculo non nocebūt. Propterea de quibusdā tēporalibus p̄enis q̄ in hac vita peccantibus irrogātur, nec seruantur in fine, ait Apostolus: Si em̄ nosmetipsos iudicarem⁹, à dño 1. Cor. 11. non iudicarem⁹. Cum iudicamur aut, à dño corripimur, ne cum mundo damnemur.

Quod qualis hic quisq̄ egreditur, talis in iudicio p̄sentatur, excepto quod de leuib⁹ culpis ignis purgatorius añ iudiciū esse creditur.

Caput XX.

i iij